


1530. die 10. Septembris.

Georgius Dux Saxonie
Sigmundo I. Regi Poloniae

Serenissime Rex idemque Affinis Charissi-
me, salutem, et quicquid amoris benevo-
lentieque possumus prestare valde nobis
fuerunt gratae literae Regiae Celsitudinis
Vestrae, gratissimus vero animus, ac san-
ctum illud pacis faciendae studium Di-
gnum profecto, quod non solum in tanto
rege probetur, sed et commendetur im-
mortalitati. Pergat igitur Regia Celsi-
tudo Vestra, eo quo cepit animo nego-
tium hoc de concilianda concordia, inter
Serenissimum regem Ferdinandum et Co-
mitem Sepusiensem promovere ac mo-
dis omnibus curare, ut Dies ad festum
Sancti Michaelis Posnaniae indicta pro-
perum successum sortiatur. Quod nos vi-
cissim omnibus viribus conabimur
prestare. Neque vero est, quod Regia Cel-
situs vestra de Ferdinandi consensu ad
hanc rem dubitet, utemur illius fa-
cilitate ex sententia, modo hoc idem
Regia Celsitudo vestra apud comitem
Sepusiensem queat obtinere, nihil
enim ambimus, quin Regia illius Cel-
situs plenariam potestatem factura
sit Oratoribus suis, ut si negotium

De


de contrahenda affinitate captum fuerit
agi, ac tum demum super concordia fa:
cienda fuerint conventi summam in
utroque agendi, gerendumque habeant
facultatem, pari potestate, et nos Ora:
tores nostro nomine instructos eunus
missuri, qui pro sua virili utrumque
negotium, et quo ad fieri ejus proficit,
strenue fideliterque juvabunt. Nam
ejus omnino cum erga regiam celsitu:
dinem Vestram, tum pacem publicam
animi sumus, ut nihil opere parca:
mus quo minus honestissimum illud mi:
nus ad felicem finem deducant, et
quemadmodum iam inde Regia celsi:
tudo Vestra studuimus gratifica:
ri ita, nec nunc quidem eidem Re:
gia celsitudini Vestre opera ac in:
dustria volumus Deesse, Deus opti:
mus maximus Nobis Regiam celsi:
tudinem Vestram quam diutissi:
me florentem et incolumem conser:
vet. Datum Augusti Virid: Dei:
ma die Septembris. Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Triges:
mo. (22)